

Monatlich erscheinen
zwei Nummern.
Preis bei der Post
halbjährlich 15 Sgr.

Pastoralblatt

Geeignete Beiträge
möge man direkt an
den Redacteur
gelangen lassen.

für die Diocese Ermland

herausgegeben von

Professor Dr. F. Sipler, Regens des Priesterseminars zu Braunsberg.

N^o 21.

Fünfter Jahrgang.

1. November 1873.

Inhalt: Erlaß der Diöcesan-Behörde. — Die Sorge Pius' IX für die Armen und Arbeiter. — Die Wichtigkeit des Gebetes der Geistlichen. — Literarisches.

Philippus,

Dei misericordia et Apostolicae Sedis gratia
Episcopus Warmiensis,

Venerabili Clero dioecesis suae Salutem in Domino!

Dilectis Fratribus huius dioecesis sacerdotibus, qui propositioni fundandae sodalitatibus pro solatio animarum sacerdotum ad aeternas sedes proficiscentium propensorem iam animum exhibuerunt, pactum hoc nunc erigendum annuntio brevesque eiusdem hisce regulas subnecto, quibus qui assentiunt nomina dent catalogo sodalium inserenda et ab archipresbyteris ad curiam Episcopalem mittenda.

Frauenburgi, die 25. Octobris 1873.

† Philippus, Eppus.

Pactum sub invocatione sanctae familiae pro solatio animarum sacerdotum defunctorum constitutum.

1. Sub invocatione sanctae familiae sacrorumque nominum „Jesus, Maria, Ioseph“ pactum seu confraternitas sacerdotum huius dioecesis constituitur, cui qui nomen dederit, sponsione obligatur, ut pro quolibet defuncto sodalitatibus confratre quam primum fieri potest et saltem infra mensem post acceptum mortis nuntium unam missam celebret vel celebrandam procuret.

Qui sponsionis immemor charitatis officium exequi neglexerit, sciat se pro modulo ommissionis fructus confraternitatis esse amissurum.

2. In hanc confraternitatem quilibet sacerdos huius dioecesis usque ad finem vertentis anni 1873 recipi potest.

Post exactum hunc annum gravi morbo laborantes omnino non admittuntur; qui vero tricenario maior est, adscribi nequit, nisi tot missas celebraverit vel celebrandas curaverit, quot a tempore suscepti ab ipso sacerdotii sodales pacti defuncti sunt.

In prima receptione viginti grossi argentei pro necessariis pacti sumptibus solvuntur.

3. Qui sodalitati adscribi postulant, ad finem usque huius anni apud suum quisque archipresbyterum sive decanum, postea vero, sc. ab initio anni appro-

pinquantis, apud monitorem seu administratorem confraternitatis nomen dabit et taxam pro admissione solvet, pactumque initium sumet a die huius inscriptionis.

4. Protector confraternitatis est Episcopus Warmiensis. Is aliquem e sodalibus deputabit pacti monitorem sive administratorem, qui confratres de morte sodalium certiores reddet et de obligatione monebit, nomina inscribet admittendorum, pecuniam pro receptione colliget, statuta et catalogum sodalium imprimi curabit et distribuet et de perceptis et expensis pecuniis curiae Episcopali rationem reddet.

5. Sedes apostolica rogabitur, ut pro missis a singulis confraternitatis sodalibus celebrandis indulgentiam plenariam concedere dignetur.

Die Sorge Pius' IX. für die Armen und die Arbeiter.

Die väterliche Sorge, welche die Päpste zu allen Zeiten für die Arbeiterklassen, für alle Dürftigen und Mühebeladenen an den Tag legten, ist ein Thema, dessen Fruchtbarkeit die katholischen Schriftsteller nie erschöpfen werden. Rom ist mit Anstalten jeder Art übersät, welche den Hilfsbedürftigen aller Art zu Hilfe zu kommen bestimmt und ebenso viele Denkmäler der unerschöpflichen Freigebigkeit der römischen Päpste sind. Keine Stadt zählt ihrer in gleicher Anzahl. Auf Anregung des Oberhauptes der Kirche sorgt der römische Klerus mit unermüdblichem Eifer und durch alle Werke der christlichen Liebe für das Wohl der Arbeiter, für ihre zeitlichen und ewigen Bedürfnisse. Man kann sagen, daß die Arbeiterklassen von jeher die Bevorzugten des Oberhauptes der großen christlichen Familie waren. Wie es von Gott gesagt ist: nemo tam pater quam Deus, so kann man auch von seinem Stellvertreter sagen, daß Niemand hier auf Erden die väterliche Liebe so gut versteht und ausübt, wie er.

So lange Pius IX. Souverän war, wurde er in der Sorge für die Arbeiter und Armen von Niemanden übertroffen. Der Linderung ihrer Noth wendete er den größten Theil der Hilfsquellen des päpstlichen Schatzes

zu. Die arbeitende Klasse in Rom und das ganze Patrimonium Petri kann sich heute überzeugen, daß dieses Patrimonium ihr eigen war, daß diejenigen, die dasselbe eroberten, sie in noch höherem Maße beraubten wie den Papst.

Jetzt, wo Pius IX. seinen lieben Arbeitern nicht mehr selbst zu Hilfe kommen kann, bemüht er sich wenigstens, ihnen Freunde und Wohlthäter zu gewinnen. Was seine Bärse nicht mehr vermag, das sucht er durch sein Wort zu erreichen. Ueberall eifert er an zur Gründung von Anstalten, welche bestimmt sind, den Arbeiter zu unterrichten, zu trösten, zur Tugend anzuleiten. Um diese, von der sogenannten liberalen Presse nur zu sehr verleumdete väterliche Sorgfalt Pius IX. in das wahre Licht zu stellen, braucht man nur die drei folgenden, inhaltsreichen Breven neueren Datums aufmerksam zu lesen.

I.

Dilectis filiis Henrico Abeille, Henrico Bergasse ac ceteris qui simul Massiliae coierunt rebus catholicis prospecturi.
27. Junii 1872. Massiliana.

Dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Inter teterrima praesentis aetatis mala, quae dolemus acerbissime, Dilecti filii, Nos illud praecipue sollicitat, quod, cum tenellae insidietur aetati, humanam omnem convalescendi spem adimere nititur religioso civilique consortio. Impietas enim auctoritatis opumque potita virus suum ingestura pueritiae ac adolescentiae, hinc insectatur, opprimit, delet instituta quaevis, unde ipsae possent haurire sanam pietaque doctrinam et ad virtutes informari, inde vero succrescentem prolem, invitit frustra parentibus committit praeceptoribus nequam, a quibus per inanem ventosae commentitiaeque scientiae apparatus abducatur a Deo planeque mancipata terrenis ad elationem, ad cuiusvis auctoritatis contemptum, ad fluxarum rerum desiderium, ad voluptatis illecebras educetur. Qua sane corruptione cum nihil exitiosius impendere possit humanae familiae, Nos tanto malo, pro viribus, obsistere curavimus, non solum objectis apud nos impietatis conatu scholis, ubi ad pietatem iuxta et ad sanam solidamque doctrinam fingeretur juvenus; sed egregium hoc coeptum ubique etiam promoventes auctoritate favore, hortationibus omnique laude prosequentes catholicas societates huic operi devotas. Facile propterea intelligetis, Dilecti filii, quanta jucunditate et laetitia vestrum didicerimus propositum consulendi quidem omni ratione religionis catholicae defensionem et proVectui; sed curandae nominatim rectae educationi pueritiae et adolescentiae. Cujus sane rei necessitas eo gravior est apud vos, quo diuturnius impietati licuit in patria vestra adlaborare avocandis a toto supernaturalium rerum ordine animis, inducendo religionis neglectui, vulgandis perniciosissimis erroribus, vitandis moribus, detrahendis cuiusvis cupiditati frenis, populoque in earum coeno demergendo; unde necessario manarunt flagrantia opinionum dissidia, mobilitas ferme perpetua formae regiminis, creberrimae commotiones ac seditiones, conversio mentium ad propria potius quam ad patriae commoda, et illa vitiorum colluvies, quae tandem nuperrimam et omnium truculentissimam calamitatem adduxit.

Per consilium itaque a vobis initum non religioni duntaxat et spirituali juvenutis emolumento prospicitur; sed reducendae quoque consulitur animorum consociationi, firmissimo adversus hostiles impetus praesidio ordinique civili

restituendo, ac patriae vestrae in pristinam amplitudinem vindicandae. Non miramur idcirco, plurimos illico suffragatos esse consilio vestro nec dubitamus plures etiam ei certatim suppetias esse laturos. Quos inter eminebit certe Massiliensis Clerus: nam si unicuique mandavit Deus de proximo suo, et honesti cujuslibet civis est verae utilitati patriae studere; id potissimum Clero convenit, cuius est praelucere ceteris exemplo honorum omnium operum, cui salus populi procuranda committitur, et qui ab ipsa consecratione sua in presbyteratus officio didicit, praeesse se debere et praedicare. Id vero nominatim a Massiliensi Clero eo fidentius expectamus, quo majoris momenti est opus, et quo exploratiorem habemus ejus zelum, pietatem et firmitatem adversus occurrentia obstacula. Ceterum si de hoc peculiari praeposito vestro fusius disserimus, non idcirco minus commendandam censem operam, quam impendere decrevistis, sive refellendis gliscentibus erroribus impudentiaeque retundendae procacium tyorum, sive juvenandis catholicae caritatis institutionibus, sive sustentandis inopibus ecclesiis sive demum protegendis fovendisque generatim piis operibus. Nam si per pueritiae et adolescentiae rectam accuratamque institutionem ipsi malorum radices securim admovetis et novam veluti ac integram societatem fingentes corruptae sufficiens futuro tempore consulitis; per cetera studia vestra profecto praesentis societatis mala submovere, sistere, lenire contenditis. Quamobrem non modo probamus omnino et magnopere commendamus consilia vestra; sed vehementer etiam cupimus, eo citius ad effectum perducere crebrosque nancisci adstipulatores, ut conjunctis plurimorum opibus, industria, viribus exundanti impietatis torrenti firmus agger opponatur, qui religiosam civilemque societatem ab exitio tueri valeat et ad novam veluti vitam revocare. Salebrosus quidem et arduum negotium suscipitis, sed pro nomine Domini illud suscipitis, et pro animarum ac patriae vestrae salute. Nequitis itaque ambigere, quin Deus vobis futurus sit propitius, qui si steterit pro vobis, omnes facile vincere poteritis difficultates eoque ditari laborum vestrorum fructu, qui fortasse spem ipsam excedat. Haec animo vobis ominamur; dum cumulatam auxilia coelestia et largam supernorum munerum copiam coepto vestro deprecantes, Vobis, Dilecti Filii et eis omnibus qui se vobis adjunxerint, et eidem quocumque modo suffragaturi erunt, apostolicam benedictionem divini favoris auspiciem et paternae nostrae benevolentiae pignus permanenter impertimus.

II.

Dilecto Filio Alberto Cuesto Presbytero.

19. Decembris 1872.

Venetias.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem.

Propositum a te, Dilecte Fili, primo Italicorum catholico conventui libellum de Patronatu filiorum plebis libentissime excepimus. Novimus enim, quanto objiciantur periculo infelices isti pueri sibi relictis, et per dies festos, aut etiam per successivas cessationis feriarum horas ludo, maledictis, contentione, mutuae corruptioni objecti; et quantam religiosae civilique societati labem portendant ac minitentur. Scilicet nulla informati pia ac morali institutione, nullo cohibiti urbanitatis cultu, vitiati ut plurimum ab ipsis majorum colloquiis et exemplis, sive in officinis, sive domi, sive foris, adolescent in propriam aliorumque perniciem. Nihil itaque christianae caritati convenientius, nihil Ecclesiae et humano consortio utilius, nihil pueris ipsis magis necessarium, quam studia, curae, liberalitas, quibus miseri isti sponte inclinuntur ad conveniendum in paratas aedes, ubi

honestis oblectamentis praemiisque etiam illecti, libentes excipiant a sacerdotibus probisque viris sanam piamque doctrinam, ad probitatem educantur, necessariis imbuantur notionibus, utilesque praestentur sibi ac patriae. Quocirca, cum tu, Dilecte Fili, non modo id faciendum suaseris, non modo totius agenda rei methodum scita, perspicua venustaque lucubratione explicaveris sed magnum istorum puerorum numerum caritate, prudentia, constantia, non satis laudanda exultum et ad meliorem frugem tractum omnibus ostenderis; tibi gratulamur ex animo, totoque corde ominamur, non solum ut pii et honesti coepto tuo affexant opum et operis suppetias, sed alii quoque et alii successu incitanti salutem animarum iisdem artibus prospicere studeant, et fructum a te jam perceptum propagare et amplificare nitantur. Deum Nos tibi tuoque operi propitium adprecamur, ejusque favoris auspiciem et paternae nostrae benevolentiae pignus tibi, Dilecte Fili, atque iis qui vel tibi suffragantur, vel idem opus sunt suscepturi, vel se ejusmodi pia institutioni commiserunt et committent, apostolicam benedictionem, peramanter impertimus.

III.

Dilecto Filio Aloisio Gastoni de Ségur canonico primo ordinis sancti Dionysii, praesidi unionis societatum catholicarum pro operariis.

20. Martii 1873.

Lutetiam Parisiorum.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem.

Etsi calcanda semper duxerimus, Dilecte Fili, divini Magistri nostri vestigia, qui cum populo et plebe praesertim versabatur, ac discipulos suos mittebat in pagos et castella, in hac tamen aetate, quae praecipuas machinationes suas et artes in proletariorum corruptionem intendit, multo graviore eorum sollicitudine premimur. Non sine magno propterea moerentis animi nostri solatio discimus, tot egregios sacerdotes ac laicos sedulam operam, solertiam, sumptus impendere retrahendae populi proli ab insidiis ac periculis eique cogendae in coetus, ubi sana imbuatur doctrina, religiosis exercitationibus excolatur, informetur ad virtutes, necessariis instituatur litterarum rudimentis, instruat ad artes, et probis credita opificibus tutum inveniat patronatum et ductum, ac illecebris innocui oblectamenti invitata sancta dies festos exigat et utiliter horas successivas. Salutare enim hoc opus non modo parat ordinis subversi restitutionem, sed efficacissime simul occurrit mali progressui; multisque consulit familiis, quibus nequeunt irrita contingere probitatis filiorum exempla. Gratulamur igitur iis omnibus, qui Pictavium convenerunt consilia collaturi ad egregium hoc coeptum explicandum, promovendum, perficiendum; gratulamur tibi, qui eidem coepto praepositus non modo curas ei tuas impendis, sed jugi prudentum, piorum, et hujus modi adolescentium conditione accommodatissimorum scriptorum serie perpetuus ipsis monitor ades ac totius vitae moderatur: vosque omnes hortamur, ut impigre labori pro Dei gloria et animarum salute suscepto instetis, ac dilectissimam hanc Christi gregis partem a luporum incursu tueri, eique fidelem et addictam servare conemini, ac utilem praestare contentatis religioni simul et patriae. Omnia ad hoc vobis auxilia coelestia necessariaque et opportuna divinae gratiae munera adprecamur; eorumque auspiciem et paternae nostrae benevolentiae pignus tibi, Dilecte Fili, rectoribus omnibus, magistris, suffragatoribus piarum harum institutionum, puerisque et adolescentibus universis, qui eisdem se tradunt excolendos, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Die Wichtigkeit des Gebetes der Geistlichen.

1. Christus hat das Gebet allen Christen zur Pflicht gemacht. „Petite et dabitur vobis. Omnis, qui petit, accipit“.

Durch Gebet werden also die Gaben erhalten, und diese sind nothwendig. Wenn wir die Gaben Gottes, den Geist Gottes haben wollen, müssen wir darum beten. „Quanto magis Pater vester dabit spiritum bonum petentibus se?“ Ungeflüm müssen wir bitten, wie die Wittve bei dem gottlosen Richter in der Stadt, Luk. 18, 1, oder der Freund bei seinem Freunde zur Nachtzeit. Luk. 11, 5. „Vigilate et orate“. Christus nahm die Entschuldigung der Schläfrigkeit bei den Aposteln nicht an.

Das nächtliche Gebet ist eine Eigenheit des Christenthums. Daher bei den Geistlichen noch die Vigilien, die Nocturnen, die Laudes bei einbrechender Morgenröthe gebetet werden. Der h. Ulrich mit seinen Domherren ging schon vor Sonnenaufgang in die Kirche zum Gebete. — Paulus und Schlas beteten in der Nacht und der Kerker sprang auf. Tertullian schreibt in seinem Buche de conjugio christiana: „Wie wird denn die christliche Frau bei der Nacht aufstehen und beten, ohne daß es der Mann merke?“ Das nächtliche Gebet muß also schon in den frühesten Zeiten des Christenthums üblich gewesen sein.

Christus selbst durchwachte ganze Nächte im Gebete. „Pernoctavit orando“ bei der Wahl seiner Apostel, im Anfange seines Leidens auf dem Delberge, und machte es seinen Jüngern zum Vorwurfe, daß sie nicht einmal eine Stunde mit ihm im Gebete durchwachen konnten.

Wenn alle Christen zum Gebete verbunden sind, so sind wir Geistliche es um so mehr, weil wir vermöge unsers Standes und unserer Verrichtungen des Gebetes bedürfen.

Die Keuschheit kann nicht ohne Gebet bestehen. Wir haben einen großen Einfluß auf die Gemüther derjenigen, die unserer Seelsorge anvertraut sind. Wir brauchen in unserm Amte die Gnade des heiligen Geistes. Geist und Kraft Gottes aber kommt nur durch das Gebet. Wir haben allerlei Anliegen, die unsere Kräfte übersteigen: oft von Seite der weltlichen Obrigkeit unangenehme Vorfälle, Aergernisse, öffentliche Angelegenheiten, Krieg, Theuerung, Seuche, Mißwachs u. s. w.

Durch das Gebet werden große Wirkungen in der physischen und moralischen Natur hervor gebracht.

2. Die Hindernisse des Gebetes liegen:

a) in den öffentlichen widrigen Lehren wider das Gebet, die es auf eine ganz andere Art definiren, als im Sinne Christi, der Apostel und der ersten Kirche.

Die Welt hat jeberzeit dagegen gesprochen. Eigenheit unserer Zeit ist das oft philosophisch schrift-

mäßige Anfeinden des Gebetes. Vielleicht sind diese Feinde gelehrte angesehene Männer, vielleicht wohl selbst Geistliche?

b) im Umgange mit Leuten, besonders mit Geistlichen, die nicht gern beten;

c) in unserer abendlichen Müdigkeit und Schläfrigkeit; in dem Mangel einer nothwendigen Tagesordnung, wobei wir uns gerne dispensiren. Die Erfahrung lehrt, daß Geistliche, welche sich von Erfüllung der Brevier-Verbindlichkeit einmal dispensirt haben, nachmals immer wieder Gründe auffinden, sich davon hundert Mal zu dispensiren.

Wir dürfen uns einerseits selbst nicht trauen, andererseits müssen wir in Furcht sein und auf Gott vertrauen. (Wittmann.)

Literarisches.

1) Kein liturgisches Buch hat für den Priester der katholischen Kirche eine höhere Bedeutung als das Brevier, das Gebetbuch, aus dem er Tag für Tag das Officium laudis der streitenden Kirche zu performiren hat, bis ihn der jüngste Tag, wenn er im Gerichte Gottes bestanden, in die Chöre der Beter in der triumphirenden Kirche einreißt. Kein Priester wird deshalb auch gefunden, der nicht im Besitze eines Breviers wäre, und eine neue Auflage dieses seit Urban VIII (25. Januar 1631) im Wesen unverändert gebliebenen. Compendium totius theologiae wird nur dann eine Anzeige verdienen, wenn sie Vorzüge, namentlich typographischer Art, besitzt, die in den bisherigen Editionen vermißt wurden. Das ist aber in der neuesten Remptener (oder Kößel'schen) Brevierausgabe vom Jahre 1872 der Fall. Sie ist in bequemem Format, auf gutem, festem und nicht blendendem Papier mit deutlichem Roth- und Schwarz-Druck gedruckt und enthält in einem sehrmäßigen Oktavbände zunächst die Generalrubriken (LVIII S.), dann die Officia de Tempore und de Sanctis (936 S.) und endlich die festa ex indulto (325 S.) in seltener Vollständigkeit bis auf die neuesten Feste incl. Der Preis dafür ist äußerst mäßig nur 3 Thlr. 6 Sgr. Rühmend hervorzuheben ist die Korrektheit des Textes, der sich genau an die im Jahre 1869 in der Propagandadruckerei zu Rom erschienene Normalausgabe anschließt. Für den Klerus der Diocese Ermland ist soeben auch noch das Proprium Warmiense in gleichem Format erschienen (Preis 6 Sgr.), wobei zugleich auch auf das schon früher (Past.-Bl. IV, 136) erwähnte Proprium Warmiense zum Diurnale (3 Sgr.) und zum Missale (6 Sgr.) derselben Officin wiederholt hingewiesen wird. Die Bequemlichkeit der Benutzung wird durch mehre Separatblätter mit den Commemorationen und Responsorien aus dem Commune Sanctorum, durch die Einschaltung des Suffragium commune de S. Josepho und viele andere aus langer Praxis der Kößel'schen Officin herrührende typographische Einrichtungen bedeutend erhöht, und als Reisebrevier möchte sich kaum ein anderes so gut eignen als dieses, zumal wenn dasselbe als Einleg-Brevier gebunden wird, wozu es besonders eingerichtet ist und zu welchem Zwecke noch eine eingehende Belehrung und Anweisung für den Buchbinder beigegeben ist.

2) Die in derselben Verlagshandlung erscheinende „Bibliothek der Kirchenväter“ oder „Auswahl der vorzüglichsten patristischen Werke in deutscher Uebersetzung“ erscheint nach dem Tode Reichmayer's († 16. Januar 1872) vom 36. Hefte ab unter der Oberleitung von dessen Kollegen Prof. Dr. Valentin Thalhofer in München, der dem Unternehmen von Anfang an nahe gestanden und dem deutschen Klerus namentlich durch seinen trefflichen Psalmenkommentar bekannt und werth ist. Diese gebiegene Auswahl der kirchlichen Klassiker, welche, als wir sie vor zwei Jahren zuerst ausführlich besprachen (Past.-Bl. 1871 Nr. 21), erst bis zur 27. Lieferung vorgeschritten war, ist jetzt bereits bis

zum 83. Bändchen gebiehn und kann, wie die Sachen einmal liegen, jedem deutschen Priester nur überaus willkommen und werthvoll sein. Faktisch nämlich wird die überwiegende Mehrzahl der Geistlichen kaum Zeit und Lust gewinnen, die Werke der Kirchenväter im griechischen und lateinischen Original zu lesen, und selbst wo dies der Fall ist, wird eine auf gründlichen Studien beruhende gute Uebersetzung eine dankenswerthe Beihilfe zum Verständnisse des Urtextes bilden. Wie wichtig aber für den praktischen Seelsorger das Studium oder doch die nähere Kenntniß der Kirchenväter sei, darüber haben wir uns schon in dem bereits erwähnten Aufsätze („der praktische Seelsorger und die Kirchenväter“) des Weiteren ausgesprochen und brauchen also das dort Gesagte nicht nochmals zu wiederholen. Die Kämpfe, welche jene Heroen des Glaubens mit dem Aberglauben und der Sittenlosigkeit der Heiden, der hartnäckigen Verblendung der Juden, der Bosheit und Hinterlist der Häretiker in allen Formen durchzufechten hatten — es sind dieselben, die auch heute die Kirche Gottes und der Priester voran zu bestehen und siegreich durchzukämpfen berufen ist. Welch reicher Born von Belehrung, Erleuchtung, Stärkung und Ermuthigung aber aus den Werken dieser Väter der Kirche unaufhörlich hervorquillt, das kann jeder bezeugen, der auch nur einmal von diesem erfrischenden reinen Wasser gekostet hat.

Die bisherigen 82 Lieferungen enthalten bereits 16 vollständig abgeschlossene Bände, nämlich die Schriften der apostolischen Väter (übersetzt von Mayer, 1. Bd.); die Apologeten: Iulianus (von Richard), Minucius Felix (von Bieringer), Tatian (Grüne), Theophilus v. Antiochien (Leitl), welche mit dem Commonitorium von Vincenz v. Lerin auch einen Band füllen, ferner je ein Band der auserlesensten Werke von Ambrosius (Schulte), Athanasius (Fisch), Augustinus (Wolzberger), Cyprian (Uhl), Cyrillus v. Jerusalem (Nirschl), Ephraem Syrus (Zingerle), Eusebius (die Kirchengeschichte zc. von Stigloscher), Gregorius I. Magnus (Kranzfelder), Hieronymus (Leipelt), Irenäus (Hayd), Sulpicius Severus (Bieringer) und endlich von den bisher gänzlich unbekanntem Gedichten der syrischen Kirchenväter Cyrillonas, Baläus, Jsaak v. Antiochien und Jakob v. Sarug, aufgefunden und übersetzt von der Meisterhand des bekannten Convertiten Prof. Dr. Bidell in Münster. Von Tertullian's Schriften hat Prof. Kellner in Hildesheim bereits 2 Bände geliefert. Also: tolle, lege!

3) Aus den Werken der Väter hat der letztgenannte Gelehrte, Dr. Heinrich Kellner, den Stoff zu einer kleinen Schrift über „Verfassung, Lehramt und Unfehlbarkeit der Kirche nach den Anschauungen der wirklichen Altkatholiken“ geschöpft (Rempten bei Kößel 1873. 72 S. 80. Preis 12 Sgr.), welche als eine werthvolle Ergänzung zu den trefflichen größeren Arbeiten der Würzburger Professoren Hergenröther („Katholische Kirche und christlicher Staat“, Freiburg bei Herder 1872) und Hettinger („Die Vollgewalt des apostolischen Stuhles“, Freiburg 1873) angesehen werden kann. Kellner führt uns zunächst die Lehre von der Kirche vor, wie sie sich bei Ignatius, Clemens von Rom, Irenäus, sodann bei Tertullian, Cyprian und endlich bei Optatus von Mileve und dem so sehr mißverstandenen und mißbrauchten Vincentius von Lerin darstellt, um dann im zweiten Theile seiner Arbeit die Entsehung des Episkopates oder der Hierarchie und den Zusammenhang der Frage über die Unfehlbarkeit und den Episkopat mit der Lehre von der Autorität und der Kirche überhaupt zu erörtern. Ueberall erweist sich der Verfasser als selbständiger gründlicher Forscher, dessen theologisches Wissen sich in der Schule der Väter gebildet und dadurch zugleich seinen priesterlichen Charakter gefärbt und gegen Menschenfurcht gestärkt hat. Das Resultat seiner anziehenden Untersuchungen gipfelt in dem Satze: Der Protestantismus älteren, neueren und neuesten Datums will das Christenthum festhalten ohne die sichtbare Kirche unter dem Stellvertreter Christi als Oberhaupt — und es geht nicht; der moderne Liberalismus hat den Versuch gemacht, die socialen Wohlthaten des Christenthums: Kultur, Fortschritt, Nächstenliebe u. s. w. festhalten zu wollen ohne das christliche Dogma und ohne die katholische Kirche, und die Thatfachen zeigen täglich mehr, daß es nicht geht.